

Galliâ impositum, cesset penitus & in posterum abrogetur ; Cessabit pariter Tributum quinque Solidorum Sterlingorum, per singulas Tunnas Navibus Gallicis in Magnâ Britannîâ impositum; neque eadem, aliave istiusmodi Onera Subditorum alterutrinque Navibus in posterum imponentur.

XII.

Statutum præterea & conventum est, quod omnibus Mercatoribus, Navarchis, aliisque Subditis Reginæ Magnæ Britannîæ integrum sit in omnibus Galliæ locis negotia sua, per se tractare, vel quibuscunque ipsis placuerit tractanda demandare. Nec tenebuntur Interprete aliquo, vel Institore uti, nec nisi uti velint, iisdem Salarium aliquod persolvere. Præterea Magistri Navium non tenebuntur ad onerandas vel exonerandas Naves suas iis Operariis, qui publicâ autoritate ad id constituti fuerint, vel Burdegalæ, vel aliis in locis uti ; sed ipsis integrum erit Naves suas vel per se onerare, aut exonerare, vel iis quibus visum fuerit in iis onerandis vel exonerandis uti, sine Salarîi alicujus alii cuicunque solutione ; neque Merces quascunque vel in alia Navigia exonerare, vel in sua recipere, vel onerandas, ultra quam ipsis visum fuerit, expectare tenebuntur. Singuli autem Subditi Christianissimi Regis in omnibus locis Magnæ Britannîæ Dominio in Europa subjectis, iisdem Privilegiis & Li-

cease, and be from henceforward annulled. In like manner the Tax of Five Shillings Sterling, laid on *French Ships in Great Britain* for every Tun shall cease ; neither shall the same, or any the like Impositions be laid hereafter on the Ships of the Subjects on either side.

XII.

It is further agreed and concluded, that it shall be wholly free for all Merchants, Commanders of Ships, and other the Subjects of the Queen of *Great Britain*, in all places of *France*, to manage their own business themselves, or to commit them to the management of whomsoever they please, nor shall they be obliged to make use of any Interpreter, or Broker, nor to pay them any Salary, unless they chuse to Make use of them. Moreover Masters of Ships shall not be obliged in loading or unloading their Ships to make use of those Workmen, either at *Bordeaux*, or in any other places as may be appointed by Publick Authority for that purpose ; but it shall be intirely free for them to load or unload their Ships by themselves, or to make use of such Persons in loading or unloading the same as they shall think fit, without the payment of any Salary to any other whomsoever ; neither shall they be forced to unload any sort of Merchandizes either into